Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36539
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



89

91

ꝰ ipsi in nobis sint unum · ut mun
dus credat quia tu me misisti · Et
ego claritatem quam dedisti mihi de
di eis · ut sint unum sicut nos unum
sumus · Ego in eis · et tu in me · ut sint
consummati in unum · et cognoscat mun
dus quia tu me misisti · et dilexisti
eos sicut me dilexisti · Pater · quos
dedisti mihi uolo ut ubi sum · et illi sint
mecum · ut uideant claritatem meam
quam dedisti mihi · quia dilexisti me ante
mundi constitutionem · Pater iuste
mundus te non cognouit · ego autem te
cognoui · et hi cognouerunt quia tu
me misisti · Et notum feci eis nomen
tuum · et notum faciam · ut dilectio
qua dilexisti me · in ipsis sit · et ego
in illis · Feria vi · Johem · in ipsis
Dixit · d. s. filioli · adhuc modicum
uobiscum sum · Quaeretis me et non
inuenietis · et sicut dixi iudeis quia ego
uado uos non potestis uenire · Et uo
bis dico modo · Mandatum nouum
do uobis · ut diligatis inuicem sicut
dilexi uos · In hoc cognoscent omnes
quia mei estis discipuli · si dilectio
nem habueritis ad inuicem · Dicit
ei symon petrus · Domine quo uadis ·
Respondit ei ihe · Quo ego uado
non potes me modo sequeris autem
Dominica v. postea.
Iocundamini in domino et
et audi[illegible] [illegible] via

mum et [illegible] uis · quia ad eccle[illegible] multum ter
re [illegible] liberauit dominus populum suum
ad [illegible] ra [illegible] via · Iu
bilate deo omnis terra psalmum dicite n-
Deus a quo bona cuncta procedunt
largire supplicibus tuis · ut cogite
mus te inspirante que recta sunt ·
et te gubernante eadem faciamus · Per
minum · Cuius · b. Jacobi · a.
factores uerbi et non auditores
tantum fallentes uosmetipsos ·
quia si quis auditor est uerbi · non
factor · hic comparabitur uiro consi-
deranti uultum natiuitatis sue in
speculo · Considerauit enim se · et
abiit · et statim obliuiscitur qualis
fuerit · Qui autem prospexerit in lege
perfecta libertatis et permanserit
non auditor obliuiosus factus · sed
factor operis · hic beatus in facto
suo erit · Si quis autem putat se reli
giosum esse non refrenans linguam
suam · sed seducens cor suum · huius ua
na est religio · Religio munda
et immaculata apud dominum · et patrem
hec est · uisitare pupillos · et uidu
as in tribulatione eorum · et imma
culatum se custodire ab hoc seculo ·
Benedictus es domine deus filii [illegible] qui resur
rexisti [illegible] amonitus misereare
nobis · S. Johem.
Illo t. · Dixit ihe d. s. · Amen